



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

Urkunden.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

zeichnet wird, sammt dazu gehörigen Buden und Garten, seinem Secretair Caspar Menow für dessen in des Havelberger Stifts-Angelegenheiten geleistete treue Dienste, wie die Bewilligung dieser Veräußerung durch das Domkapitel vom folgenden Jahre documentirt. So kam des Bischofs Haus in weltliche Hände. Der Name Bischofsstraße — worin indessen auch die beiden andern Bischöfe der Mark in früherer Zeit Häuser gehabt — erhält noch die Erinnerung daran.

## U r k u n d e n .

### I. Des Königs Otto des Großen Stiftungsurkunde des Bisthums zu Havelberg, vom Jahre 946.

In Nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina Clementia Rex. Quoniam cultui Christiano amplificandae fidei dignum est ut adhibeamus operam, solum illum prae oculis habentes, qui nullum bonum inremuneratum dimittit, consulto et inductu dilecti Nobis Venerabilis Praefulis Marini, Legati Ecclesiae Romanae, et Friderici Archiepiscopi et aliorum Episcoporum et fratris nostri Brunonis, nec non Geronis, dilecti ducis et Marchionis nostri, in castro Havelberg, in Marchia illius sito, in honorem Domini Salvatoris Jesu Christi et beatae Mariae genetricis ejus, episcopalem constituimus sedem, praeficientes ei Venerabilem et religiosum praefulem Oudonem, conferentes et donantes de nostra proprietate ei et Ecclesiae Cathedrali, ibidem ab eo constituendae, medietatem castri et civitatis Havelberg et medietatem omnium villarum illuc attinentium, et castrum et civitas sita est in provincia Niel'etizi. Donamus etiam eidem et suae Ecclesiae in eadem provincia Nizem civitatem cum omnibus utilitatibus suis. In Provincia Zemzici duas villas in Malinga Buni et Orogaviz et dimidium silvae, quae dicitur Porci cum villis in ea cultis et colendis. In Provincia Liezizi Marienborch castrum cum his adjacentibus villis Priecipini, Rozmoc, Cotini, Virskroiz, Niecurim, Milcuni, Malizi, Rabbuni, Priecipini, Podesal, Ludinj. In provincia Mintga XXX. mansos in his villis Minteshufini, Hagerstedt, Aerthuni, Ajaestoum. In villa quae dicitur Robelj VI. mansos. In provincia chorice Plot civitatem totam cum burcardo. In provincia Defferi Wizoka civitatem cum omni burcardo. Pochlustim civitatem cum omni burcardo. Decimam tributi, quae solvitur nobis de Radewer. Decimam etiam tributi, quae nobis debetur de inferiori Marchia. Praeterea determinavimus praenominatae sedis parochiae decimas istarum provinciarum infra suos limites consistentium Zemzici, Liezizi, Nielitizi, Defferi, Linagga, Murizzi, Tholenz, Ploth, Mizerez, Brotwin, Wanzlo, Wostze. Terminum vero eidem parochiae constitutum ab ortu fluvii, qui dicitur pene ad orientem, ubi idem fluvius intrat mare. Ab ortu vero fluminis, quod dicitur Eldia ad occidentem, ubi idem flumen influit in Albiam, Ab aquilone mare Rugianorum; A meridie Strumma fluvius et finis predictarum provinciarum. Decernimus itaque et regali nostra auctoritate sancimus, ut nullus Archiepiscoporum aut episcoporum infra praefcriptos terminos aliquod jus sibi usurpare praesumat, sed omnia dicto Episcopo Havelbergenfi et ejus successoribus Episcopali jure subiaceant tam in decimis dandis, quam in alijs, quae ad Christianam legem spectant. Et ut haec nostra, traditio et donatio inconcussa firmitate per omnia succedentium temporum cur-

ricula permaneat, iustissimus dicto Episcopo Oudoni hoc praefens conscribi mandatum, manu nostra sub-  
tus firmatum et sigilli nostri impressione roboratum.

Signum Domini Ottonis (L. S.) serenissimi Regis.

Ego Bruno cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognovi.

Data VII. id. May Anno incarn. domin. DXDXLVI.

Indict. II. Anno vero regni domini Ottonis

Inuictissimi Regis X. Actum Magdeburgi

In nomine Domini feliciter Amen.

Nach einer Abschrift im Havelberger Hausbuche vom Jahre 1720.

Anmerk. Auch diese Abschrift ist nicht mehr von dem Original gefertigt, sondern nur nach einer alten Copie, welche letztere jetzt ebenfalls nicht mehr existirt. Nach derselben Copie scheint auch die Abschrift gefertigt zu seyn, welche im Hausbuche von 1748 steht, und bis auf geringe Abweichungen, namentlich Mintya statt Mintga und Ajeestoum statt Ajaestoum, zemzizi statt Zemzici, mit der ältern Abschrift übereinstimmt. Die Abdrücke dieser Urkunde bei Buchholz, Gesch. der Ehurm. I, 405. König, Reichs-Archiv XVII, S. 80, sowie in Schröder's Papiertisch. Mecklenburg S. 119 und in Franke's Alt- und Neuem Mecklenburg Th. II, S. 89 sind abweichend, auch ebenfalls nicht nach dem Original genommen und geben den Inhalt der Urkunde lückenhaft und größtentheils in einer entstellten Form. Wir gewahren zwar sehr wohl die verdächtigen Stellen unserer Abschrift, namentlich das gebrauchswidrige Ego vor Bruno cancellarius und die corrumpte Jahreszahl DXDXLVI. statt DCCCCXLVI. oder nongentesimo quadagesimo sexto, wie in den Abdrücken steht. Doch im Ganzen scheint die vorliegende Abschrift unverdorbener als die bisherigen Abdrücke.

**H.** Erzbischof Hatto von Mainz bewilligt die Errichtung des Erzbisthumes zu Magdeburg und tritt demselben neben andern Suffraganbisthümern, namentlich Havelberg und Brandenburg, ab, im Jahre 968.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hatto diuina auxiliante clementia sanctae mogontiacensis ecclesiae archiepiscopus. Quoniam sollicitudo pastorum in augmento gregis probatur, nec tantum ecclesiis nostris praesse quantum prodesse iubemur, ideo nos onus nobis impositum in plura diuidendum censuimus, ut dum in plures participatur, ab unoquoque nostrum iugum crisi, quod suaue, et onus eius, quod leue est, equius ac portabilius feratur. Ad dilatandum quippe fidei christianae terminos et sclauorum indomitam gentem ultra albam et salam iugo crisi subdendam in magdeburg sedem archiepiscopalem fieri et ordinari permittimus et consentimus, sed et in merseburg episcopum, magadaburgensi ecclesiae subiciendum et ab eius archiepiscopo ordinandum archiepiscopali nostra auctoritate censuimus et instituimus. Episcopus uero ultra albam brandoburgensem scilicet et haulbergensem, nostrae hactenus ecclesiae subiectus, a debita nobis obedientia absoluimus et praescriptae magadaburgensi ecclesiae eiusque archiepiscopo obedituros eque permittimus et consentimus. Ne quam uero sancta magadaburgensis ecclesia futuris quod absit temporibus a nostris successoribus inde molestiam patiatur, cartam hanc consentaneam conscribi iussimus et in praesentia serenissimi domni augusti imperatoris ottonis uel uenerabilium episcoporum, quorum nomina inferius inferentur, legi uel recitari et subscriptionibus corroborari et confirmari rogamus. Ego Hatto sanctae mogontine ecclesiae archiepiscopus manu propria confirmari et subscripsi. Ego Eueracus sanctae leodicensis ecclesiae episcopus consensu et subscripsi. Ego reginoldus sanctae rubilocensis ecclesiae episcopus con-

senſi ſubſcripſi. Odelricus Pergami epiſcopus interſui et ſubſcripſi. Ermenaldus ſanctae regiſſis eccleſiae interſui et ſubſcripſi. Hubertus epiſcopus ſubſcripſi. Milo epiſcopus ſubſcripſi.

Nach dem Codex S. Mauritii fol. 47, 48. Ungenan und lückenhaft abgedruckt in Gercken's Stifthschiſt. v. Brandenburg. S. 338. Buchholz a. a. D. S. 410. König a. a. D. XVI, S. 16.

### III. Kaiſer Otto der Große ſtiftet das Erzbisthum Magdeburg und unterwirft demſelben auch die Biſchöfe von Havelberg und von Brandenburg, ungefähr vom Jahre 968.

In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis. Otto, diuina ſauente clementia imperator auguſtus, omnibus fidelibus noſtris epiſcopis ſcilicet et comitibus caeterisque comprouincialibus noſtris aeternam in domino ſalutem et omne bonum. Quoniam augmentum diuini cultus ſalutem et ſtatum eſſe regni uel imperii noſtri credimus, ideo cunctis quibus poſſe ſuppetit modis hoc amplificare tendimus et deſideramus. Igitur magadaburgenti ciuitate, ſicut omnium ueſtrorum nouit caritas, archiepiſcopalem ſedem fieri deſiderantes, oportunitate etiam nunc temporis ad hoc peragendum tempus inuenientes, conſilio uenerabilis archiepiſcopi hattonis et hildewardi epiſcopi ceterorumque fidelium noſtrorum uirum uenerabilem adalbertum epiſcopum, rugis olim praedicatorem deſtinatum et miſſum, archiepiſcopum et metropolitanum totius ultra albam et ſalam ſclauorum gentis, modo ad deum conuerſae uel conuertendae, fieri decreuimus pariter et elegimus, quem et romam pro pallio a domno papa ſuſcipiendo direxiſſimus. Et ut haec noſtra electio firmior et ſubnixior fiat, eum ueſtrae caritati dirigiſſimus, et ut a uobis omnibus et uocum acclamatione et manuum deuotione dictus ſuae ſedi inthronizetur, omnimodis deſideramus. Ne uero haec eius electio uel inthronizatio futuris quod abſit temporibus aliquorum ualeat inuidia moleſtari, tres ab illo epiſcopos unum merſeburgo, alterum citicae tertium miſnae in praesentia legatorum domni papae et ueſtra uolumus ordinari, ut haec eadem praesentia ueſtra ante deum et ſanctos eius intentionis noſtrae ſit teſtis futura. Et quia uir uenerabilis hoſo multum iam in eadem ſclauorum gente ad deum conuertenda ſudauit, inter merſeburgentem et citicentem aecceſſiam quum uelit electionem habeat. Altera uero ſecundum conuenientiam noſtram in diſpoſitionem archiepiſcopi noſtri cedat. Vos autem marchiones noſtros uigbertum ſcilicet, uiggerum et guntherium fidelitate uobis debita obteſtamur et admonemus, ne quid in hac ordinatione archiepiſcopo noſtro in uobis obſiſtat, ſed ſecundum diſpoſitionem noſtram et ſuam ut uobis dixerit fiat et quaecumque ab illo audieritis nos uelle ſciatis. Ne uero iidem epiſcopi qui ordinandi erunt pauperes et villanis ſimiles aeſtimentur uolumus, caueatis et conſilio archiepiſcopi et eorum, qui cum illo in natali domni erunt epiſcoporum et comitum, qualiter ſuſtententur inueniatis. Quicquid enim illis impenditur, pro noſtra deo ſalute offertur ueſtraque pro hoc merces apud deum non minorabitur. Super haec domni epiſcopi dudo et dodelinus in archiepiſcopi noſtri electione uolumus ut ſubſcribant et fidem ſubiunctionemque illi promittant. Et ut haec noſtra ueſtraque poſt deum electio firma et ſtabilis perſeueret, cartam uel noticiam hanc in aecceſſia magadaburgenti perpetualiter permanſuram et eorum, quae praediximus, teſtem iugiter futurum ſcribi iuſſimus, quam et manu propria ſubtus firmauimus et anuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus.

Signum domini Ottonis (L. S.) magni et inuictiſſimi imperatoris auguſti.

Nach dem Originale des Geh. Kabinetſ-Archives.

Anmerk. In dorfo: (in einer Handschrift des 10. oder 11. Jahrhunderts der Rubrik) Qualiter adalbertus archiepiscopus in episcopalem sedem primus intronizatus sit. — Ungenau. Abdrücke dieser wichtigen und keineswegs „verdächtigen“ Urkunde findet man bei König a. a. D. XVI, 19 und Leuckfeld antiq. Halb. 656.

#### IV. König Konrad's Bestätigung des Bisthumes Havelberg, vom Jahre 1150.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Conradus diuina fauente clemencia Romanorum rex secundus. Si ecclesias dei promouemus et religiosorum episcoporum et precipue fidelium nostrorum pia uota adiuuamus, hoc ad amplificationem imperii nostri et ad salutem anime nostre profuturum speramus. Quam ob rem havelbergensem ecclesiam, ab antecessore nostro pie memorie Ottone magno imperatore in honore sancte dei genitricis Marie fundatam et postea gentilium errore et incurfu nimis desolatam, in nostram tuicionem speciali defensione fuscipimus et venerabilem eisdem ecclesie episcopum Anselmum, qui ad reedificationem et restauracionem sue ecclesie feruentissime laborat, pio studio adiuuare uolumus, quia cum et in religione diu deuotum, et in nostra ac regni fidelitate firmum et stabilem experti sumus. Prefatam itaque ecclesiam presenti priuilegio communimus confirmantes ei quicquid antecessores nostri tres uidelicet Otones et henricus secundus rex contulerunt, hoc est, havelbergensis Ciuitatis medietatem cum omni iure et eiusdem burgwardi medietatem cum omnibus utilitatibus suis. In prouincia Zemzizi in comitatu autem Werenzonis comitis duas villas inmellinga Bum drogawizi et dimidium silue que uocatur poregi cum villis ex ea uel in ea cultis; In prouincia liezizi Merianburg urbem, que et cobelitz, dicitur cum hiis villis priedipim, Ritzmoc, podesal, cocim, virzenizi, Niecurim, Mileum, Malizi, Malizi zmirdicea, Rabum, priedipim, iadim et cum toto burgwardo; In prouincia Mutiga in comitatu autem werenzonis XXX mansos (in hiis) in hiis villis Minteshufen, hagerstein, Aertum, Acieftoum; In villa que dicitur Robeli VI mansos; In prato, quot vulgo dicitur wisch, V mansos; In prouincia Nielietizi Niziem ciuitatem cum toto burgwardo, que ciuitas sita est in comitatu werenzonis; In eadem autem prouincia et in comitatu eiusdem werenzonis legalem decimacionem vna cum illius, quot ad nos pertinet, tributi decimacione; In prouincia choma (sic) Plothi ciuitatem totam; In prouincia deffere wizoca ciuitatem totam et vnam villam thadandorpp; In prouincia linagga pothlustim ciuitatem totam et decimam istarum prouinciarum hoc est zemzizi, lizzizi, Nielieciei, defferi, linagga, Morizi et decimam tributi, quod nobis soluitur de rederi et decimam totius tributi, quod nobis de inferiori marcha soluetur. Et quum prenominate ciuitates et ville sepe irruentibus paganis vastate sunt ac depopulate adeo, ut vel nullo uel raro habitatore incolantur, volumus atque precipimus, ut idem episcopus liberam absque contradictione habeat facultatem ibidem ponendi et locandi colonos de quacunque gente voluerit uel habere poterit ea uidelicet libertate, ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes seu vicecomes, nullus aduocatus seu subaduocatus aliquam exacionem exinde extorquere audeat, nullus sibi aliquod dominium ibi usurpare presumat, nullus petitiones publicas ibi faciat, nullus eos ad ligna secanda uel portanda uel faciendas fossatas cogat, nullus alienus aliquid genus grauaminis eis imponere audeat, sed tantummodo soli episcopo havelbergensi de hiis omnibus subiaceant et ei iuxta mandatum suum in hiis ad honorem et utilitatem ecclesie seruiant et nulli homini de aliquo seruicio, nisi ei uel certo misso suo respondeant. Preterea quum pyum est, diu desolate et iam nec reparaunde ecclesie omnibus modis subuenire, iuxta regalem mansuetudinem censemus et speciali priuilegio nostre maiestatis decernimus, ut quicumque in regno nostro,

magna uel parua persona, prefate ecclesie uel episcopo terras uel possessiones uel aliquam alicuius rei oblationem conferre uel vendere uoluerit, liberam hoc faciendi per se habeat facultatem et ecclesiam liberam suscipiendi ac possidendi per se habeat potestatem, neque ille, qui donat uel vendit, neque ecclesia, que accipit uel emit, propter hoc ad comitatum ire cogatur. Nulla quoque potestas, quasi auctoritate regni, talem donationem impedire attemptet. Confirmamus eciam eidem ecclesie oblationem comitis ottonis hoc est XX mansos in rogaz et curtem in burcstal cum tota villa et decima, et curtem in widenmore cum tota villa et territorio et decima, cuius uille dimidietatem dux henricus dedit, ut absque omni exactione possideant. Ecclesiam quoque in iericho cum omnibus suis appendiciis, quam hartwigis, hammenburgensis archiepiscopus, de sua proprietate hanelbergensi ecclesie donauit, confirmamus, in qua venerabilis episcopus hanelbergensis Anselmus nunc preposituram religiosorum canonicorum instituit. Hec igitur omnia et quecunque alia preter ea nunc habere uidentur, uel in posterum largicione imperatorum seu ducum, Marchionum, principum, nobilium seu cuiuscunque condicionis personarum seu quibuscunque iustis modis adipisci potuerint, sepedite ecclesie hanelbergensi et episcopo eiusdem loci confirmamus omnia, nostro regali banno roborantes quecunque uidelicet nunc data sunt uel in perpetuum deo propicio donabuntur. Et quoniam aduocati plerumque solent grauare ecclesias, precipimus, ut nullus aduocatus aliquid exigat, preter consuetum jus aduocacie tempore placiti, quem eciam idem episcopus rite aliorum episcoporum pro uoluntate sua constituat. Subaduocatos uero omnino interdiciamus, quos etiam communis lex totius regni nostri ab aduocatia iusto iudicio remouet. Omnes itaque eiusdem ecclesie possessiones tam in areis quam edificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pascuis, pratis, campis, siluis, uenacionibus, aquis aquarumue decursibus, molendinis, piscationibus, uis et inuis, exitibus et rediibus questis et inquirendis, cum omnibus que ullo modo dici aut nominari possunt, ea libertate donamus, ut episcopus liberam habeat potestatem qualicunque modo ad uillitatem syradicte ecclesie conuertendi. Sunt autem eiusdem episcopatus termini ab ortu fluiui, qui dicitur pene, ad orientem, ubi idem fluuius intrat mare Ab ortu uero fluminis, qui dicitur aldia, ad occidentem ubi idem fluuius influit in albiam, A meridie strumma fluius, Ab aquilone mare Rugianorum cum interjacentibus nominatis prouinciis zemzizi, lizzizi, Nielietizi, defferi, linagga, Morizi, Dolenz, Ploth, Miserezf, Grozwin, Cithne, wanzlow, woztrose. Decernimus itaque et regali nostra auctoritate sancimus, ut nullus archiepiscoporum seu episcoporum infra prescriptos terminos aliquod ius sibi usurpare presumat, sed omnia episcopo hanelbergensi episcopali iure subiaceant tam in decimis dandis, quam in aliis, que ad christianam legem spectare dinoscuntur. Quicumque uero contra hanc regalis sanctionis paginam temerario ausu agere presumerit, centum libras puri auri persoluat, dimidium camere nostre ac dimidium prefate ecclesie episcopo. Et ut hec omnia rata permaneant, hanc eartam regali aurea bulla insigniri fecimus, Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>, Indictione XIII<sup>a</sup>, Concurrente VI<sup>a</sup>, Epacta I<sup>a</sup>, Regnante Conrado Romanorum rege Secundo Anno uero regni ejus XIII<sup>o</sup>.

Data per manum Arnoldi cancellarii vice archicancellarii heinrici moguntini archiepiscopi III. Nonas decembris. Actum wirceburg feliciter Amen.

(Signum).

Signum domini Conradi Romanorum Regis secundi Anno II<sup>o</sup>. postquam reuerfus est a ciuitate sancta Jherusalem.

Nach dem Havelberger Copialbuche fol. 1 — 4. Ungenauere Abdrücke bei Buchholz a. a. D. S. 417 und bei Küster, Opusculor. Collect. XVI, 128.

V. Die Markgrafen Albrecht und Otto schenken dem Bisthume und Kapitel in Havelberg Besitzungen in der Wische, zu Alland und Berge, die Zehnthebung in Wittenmoor und Burgstall und die Zollfreiheit in der Mark u., im Jahre 1151.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Adelbertus et filius meus Otto, gracia dei et Imperii marchiones, intendere uolumus quantum possumus ad restauracionem havelbergenfis episcopatus, quem magnus Otto imperator primo fundauit, sed pagani usque ad tempora nostra fere totum destruxerunt. Ea propter notum esse uolumus omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, quod nos anshelmo, uenerabili havelbergenfi episcopo, dimittimus atque resignamus quicquid antecessores nostri Marchiones sibi iniuste ac uolenter de episcopatu suo abstulerunt, ut iuxta tenorem priuilegiorum suorum libere utatur ad honorem dei et sancte Marie genetricis dei. Si quid eciam Juris nos ibi uidebamus quoquomodo posse habere, hoc totum deo et sancte Marie pro spe remuneracionis eterne offerimus atque remittimus. Et ut canonici, nuper in eadem ecclesia ab episcopo ordinati et deo iugiter famulantes, nostri memoriam semper habeant in oracionibus suis, ad sustentacionem eorum et ad augmentum prebendarum, damus eis quatuor mansos in prato, quod uulgo uocatur wisch, iuxta ripam fluminis albis, ut cum omni libertate possideant et in usus fratrum redigant et nulli aliquid inde respondeant. Damus preterea in usus episcopi tres mansos in predio, quod alant dicitur. De rebus etiam ipsius episcopi uel canonicorum per totam Marchiam et potestatem nostram siue in aqua siue in terra, nullum theloneum detur uel accipiatur, quum decet et omnino dignum est, ut qui se ex toto deo denouerunt et pro conuersione paganorum se periculo exposuerunt, nulli seculari exactioni subiaceant, sed ab omnibus opem et auxilium inueniant, quatinus diuinum obsequium nouiter ibidem inchoatum amodo non deficiat, sed ad honorem sancte dei genetricis Marie et ad promotionem christianitatis et conuersionis gentilitatis de die in diem propensius crescat et proficiat ecclesia havelbergenfis. Damus item eidem ecclesie in predicto prato wisch, in monte sancti Nicolai ecclesiam cum omnibus appendiciis suis, cum decimacione una cum supradictorum mansorum, quos nunc habent uel quos adhuc habere potuerint, decimacione, et hoc consensu uenerabilium episcoporum haluerstadenfis ecclesie primo Rudolphi, deinde Odelrici, a quibus nos easdem decimas in beneficio habebamus, quas eciam ipsi episcopi a nobis sibi resignatas, una cum decimacione duarum uillarum Withemore et Burstelle, prefate havelbergenfi ecclesie propriis manibus obtulerunt et priuilegiis suis confirmauerunt. Quicquid eciam aliquis scilicet de possessione terrarum seu facultatum eidem uel alicui ecclesie in eodem episcopatu donare uoluerit, nos auctoritate piissimi regis Conradi, id ipsum concedentis, ratum habebimus. Scimus enim iam dictam ecclesiam sic esse priuilegiatam, quod quecumque persona magna uel parua, terras uel possessiones uel aliquam alicuius rei oblationem dare uel uendere uoluerit, liberam hec faciendi per se habeat potestatem et ecclesia liberam suscipiendi et possidendi per se habeat facultatem. Actum Magdeburgh anno dominice Incarnacionis M. C. LI.

Nach dem Havelberger Copialbuche fol. 25. Ungenauer Abdruck bei Buchholz a. a. D. S. 419.

VI. Markgraf Otto schenkt am Tage der Einweihung des Domes zu Havelberg dem Bisthume und Kapitel daselbst die Dörfer Dalchau und Drusedow, sowie die Hälfte des Dorfes Loffe, im Jahre 1170.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Otto brandenburgensis marchio. Quia divina nos clementia paternis patrimoniis locupletare, et mundana excellentia sublimare dignata est honorare, dignum et justum omnino iudicamus, ut super hiis omnibus celitus nobis indultis beneficiis deo gratias agentes, ipsum vicissim, quantum in nobis est, honoremus, et honori illius promovendo omne, quod vel actu vel intellectu eniti possumus, devote impendamus. Vnde nos cum patre nostro, marchione Adelberto, in instauratione havelbergensis Episcopatus domino Anshelmo, itemque domino Waloni, reverendis ibidem Episcopis, benivole fauimus ac sedulo cooperati sumus, qui nimirum episcopatus larga quondam imperatorum munificentia magnifice satis dotatus fuerat, sed a barbaris oppressus tandem et convulsus iam pene nullus erat. Nos itaque dedicatione matris Ecclesie de sumtibus nostris solemniter administrata parum esse reputauimus, si sua solum ecclesie a piis imperatoribus collata restitueremus, que a sacrilegis ablata fuerant, nisi et ea de nostris beneficiis amplificarem; ideoque antique illius doti de patrimonio nostro villas superaddimus, quarum hec nomina sunt: Dalekowe et Drusedowe, dimidietatem quoque ville, que Loffe dicitur, Porro uilla (uillam?) Dalekowe domino Waloni havelbergensi episcopo, amabili nobis patri, ejusque universis successoribus in jus et usum perpetue possessionis specialiter assignauimus. Drusedowe, vero ad prebendam fratrum, et dimidiam partem Loffe in hospitale ad elemosinas pauperum deputauimus, quatenus ipsi pariter pro nobis intercedant ad dominum, orentque nihilominus pro animabus parentum nostrorum, hoc est, marchionis alberti, et sophie matris nostre, nec non Judithe dilecte nostre conjugis, simulque fratrum et sororum, et quorumlibet proximorum nostrorum. Sicut ergo censum colonorum de predictis villis, ita et seruitia pariterque petitiones publicas, seu quascunque secundum morem exactiones domino episcopo deinceps ac fratribus, et in eorum hospitali pauperibus, ex integro donamus, et sigilli nostri appensione confirmamus, excepto quod, quando provinciale castrum munitur, ipsi simul cum provincialibus munere (munire?) iuuabunt, et ad defensionem patrie cum populo terre colonos suos transmittent. Quicquid etiam iuris aut seruitii in tribus domibus vel villis eiusdem ecclesie, withemore uidelicet, Clodene, et burftele, ratione advocacie vel bonorum in marchia nostra sitorum habere possemus, prompta deuotione deo, et perpetue uirgini Marie offerimus, et iam dictis fratribus assignamus et integraliter remittimus. De redditibus quoque nostris, quos nobis Hollandigene, super ripam albis positi, rite perfoluunt, adicimus predictae donationi annuatim quinquaginta solidos ad luminaria Ecclesie comparanda, et tecta reparanda. Hoc itaque modis omnibus diffinimus, ut nullus alioquin episcoporum uilla (uillam?) Dalekowe ulli hominum in beneficio prestat, aut alio aliquo modo ab episcopalibus usibus alienet, quin potius desideramus, dum nostre pietatis beneficio participat, ut piam nostri recordationem episcopus ipse habere non despiciat, clericisque singulis et ecclesiis sibi subjectis habendam et agendam commendare satagat. Si quis igitur hanc donationem nostram ausu temerario cassare tentaverit, reus domino deo omnipotenti, reus domino imperatori, reus nihilominus et nobis nostrisque successoribus existat, et omnibus bonis detestabilis fiat, persequatur quoque illum et percellat tam diu divina pariter ac humana ulcio, donec vel digna satisfactione respiscat, vel hic et in eternum internicioni subiaceat. Huius autem nostre donationis et actionis testes sunt dominus meus Wichmannus Magdeburgensis Archiepiscopus, Walo Havelbergensis, Wilmarus Brandenburgensis, Geringus Misnensis, Evermodus, Raceburgensis Episcopi, quorum ministerio dedicata est Havelbergensis ecclesia, Rodgerus Major Pre-

positus Magdeburgensis, Hubertus Havelbergenſis, Sifridus de Jericho Prepoſiti cum ſuis Conventibus, Guntherus de gracia dei, Reinherus de Liezika Prepoſiti. De laicis vero primus pater noſter adelbertus marchio, cuius ſtudio et conſilio hoc opus noſtre devocionis inchoatum et confummatum preſenti ſcripto ſigillo noſtro ſubter appenſo Eccleſie jam dicte confirmamus; teſtes quoque fratres noſtri Bernhardus comes de aſchersleue, Theodoricus comes de werbene, Hermannus de Orlamunde, Wernerus comes de Oſterburch et Albertus filius eius, Bedericus burchgravius de brandenburch et Sifridus filius eius. Conradus de witin, Richardus de Alesleue, Rodolphus et Heinricus fratres de Jericho, et alii quam plures. Acta ſunt hec Havelberg die primo conſecrationis eccleſie anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. Epacta P. Concurrente III<sup>a</sup>. Iuditione III<sup>a</sup>.

Nach dem Copiarlo Havelbergene des Geſ. Kab. Archives fol. 10. Geſterhaft abgedruckt bei Buchholz a. a. D. S. 13 — 15. und Küſter Opusculor. Collect. XVI, S. 104.

### VII. Kaiſer Friedrichs Beſtätigung des Biſthumes Havelberg, vom Jahre 1179.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Fredericus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator et ſemper Auguſtus. Pro racione debiti, quo ex adminiſtracione imperialis celſitudinis omnipotenti deo tenemur, et pro ſpe bonorum eternorum opere pretium arbitrati ſumus inſtaurende et conſeruande havelbergenſi eccleſie diligentem curam impendere, eamque in Jure ſuo domino annuente jugiter inconuulſam manutenerere. Proinde ipſam havelbergenſem eccleſiam, ab anteceſſore noſtro pye memorie Ottone Magno Imperatore in honore ſancte dei genitricis Marie fundatam et poſtea gentilium errore et incurſu nimis deſolatam in noſtram tuicionem ſpeciali deſenſione ſuſcipimus et venerabilem ejuſdem eccleſie epiſcopum hubertum, qui ad reedificationem et reſtaurationem ſue eccleſie feruentiſſime laborat, pyo ſtudio adiuuare uolumus, quia eum et religione deuotum et in noſtra ac Imperii fidelitate firmum et ſtabilem experti ſumus. Prefatam itaque eccleſiam preſenti priuilegio communimus, confirmantes ei quiquid anteceſſores noſtri tres uidelicet Ottones et henricus ſecundus necnon Conradus rex contulerunt. Hoc eſt, havelbergenſis ciuitatis medietatem cum omni jure et ejuſdem burgwardi medietatem cum omnibus uilitatibus ſuis; in prouincia zemzizi, In comitatu werenzonis comitis, duas villas In Mellinga Bum Drogawizi et dimidium ſilue, que dicitur Poregi, cum uillis ex ea uel in ea cultis, In prouincia liezizi Merienburg, que et Cobelize dicitur, cum hiis uillis Priecipini, Rozmoc, Podetal, Cotim, verſewitz, Nieukerim, Malizi, Melcowe, znirdika, Rabum, Priecipim, Jadim; In prouincia Miutga in comitatu autem Werenzonis XXX manſos in hiis uillis Minteshufen, hagerſten, Cythim, Aekeſtun; In uilla que dicitur Robele VI manſos; In prato, quod uulgo dicitur wiſeh, V manſos; In prouincia Nielitizi Nizowe ciuitatem cum toto Burgwardo; In eadem autem prouincia legalem decimationem vna cum illius, quod ad nos pertinet, tributi decimacione; In prouincia Chome plottim ciuitatem totam cum omni Burgwardo; In prouincia Deffere wizoka ciuitatem cum toto burgwardo et vnam villam Tadenthorpp; In prouincia linagga Potluſtin ciuitatem cum toto Burgwardo et decimam iſtarum prouinciarum hoc eſt zemzizi, liezizi, Nielitizi, defferi, Morizi et decimam tributi, quod nobis ſoluitur de Radwere, et decimam tocius tributi, quod nobis de inferiori marcha ſoluetur. Et quum prenominate ciuitates et ville ſepe irruentibus paganis deuaſtate ſunt et depopulate adeo, ut uel nullo

uel raro habitatore incolantur, uolumus atque precipimus, ut idem Episcopus liberam absque contradictione habeat facultatem, in cathedrali sede edificandi ciuitatem ibique et in omnibus locis locandi colonos de quacumque gente potuerit, ea uidelicet libertate, ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes seu uicecomes, nullus aduocatus seu subaduocatus aliquam exactionem inde extorquere audeat, nullus sibi aliquod dominium ibi usurpare presumat, nullus petitiones publicas ibi faciat, nullus eos ad fecanda ligna uel portanda, uel faciendas fossatas cogat, nullus alienus aliquod genus grauaminis eis imponere audeat, sed tantummodo soli havelbergensi episcopo de hiis omnibus subiaceant et nulli homini de aliquo seruicio, nisi ei uel certo misso suo, respondeant. Preterea speciali priuilegio maiestatis nostre decernimus, ut in regno nostro quecumque magna uel parua persona prefate ecclesie uel episcopo terras uel possessiones uel aliquam alienius rei oblacionem conferre uel vendere uoluerit, liberam hoc faciendi per se habeat facultatem et ecclesia liberam suscipiendi ac possidendi per se habeat potestatem, neque ille, qui donat uel uendit, neque ecclesia, que accipit uel emit, propter hoc ad comitatum ire cogatur. Nulla quoque potestas quasi auctoritate regni tales donationes impedire attemptet. Confirmamus etiam eidem ecclesie oblacionem Comitis Ottonis uillam burgstal cum decima, uillam witemore cum decima, cuius uille medietatem heinricus dux eidem ecclesie contulit. Confirmamus etiam donacionem marchionis Ottonis in usus episcopi uillam Dalchowe cum omni iure et curtem Aland cum omni iure, uillam quoque drozdowe in usus fratrum, uillam quoque Clodene cum omni iure suo. Ecclesiam etiam in iericho cum omnibus appendiciis suis, quam hartwigus hammenburgensis archiepiscopus de proprietate sua havelbergensi ecclesie donauit, confirmamus, in qua uenerabilis Anselmus episcopus preposituram canonicorum instituit. Hec igitur omnia, quecumque nunc habentur uel in posterum largicione imperatorum, ducum, Marchionum, principum, nobilium seu cuiuscunque condicionis personarum seu quibuscunque iustis modis adipisci potuerint, sepe dicte ecclesie havelbergensi et episcopo eiusdem loci confirmamus, omnia regali banno nostro roborantes. Et quum aduocati plurimum solent grauare ecclesias, precipimus, ut nullus aduocatus aliquid exigat, preter consuetum ius aduocacie tempore placiti, quem etiam idem episcopus rite aliorum episcoporum pro sua uoluntate constituat, Subaduocatos uero omnino interdiciamus, quos etiam communis lex totius regni nostri ab aduocacia iusto iudicio remouet. Omnes itaque ecclesie eiusdem possessiones tam in areis, quam in edificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, pascuis, pratis, campis, siluis, uenacionibus, aquis aquarumue discursibus, molendinis, piscationibus, uis et inuis, exitibus et redditibus, questis et inquirendis, ea libertate donamus, ut episcopus liberam habeat potestatem, qualicunque modo ad utilitatem supradicte ecclesie conuertendi. Sunt autem ejusdem episcopatus termini ab ortu fluii, qui dicitur pene ad orientem, ubi idem fluius intrat mare, Ab ortu uero fluii, qui dicitur Aldea ad occidentem, ubi idem fluius influit in albian, ab meridie strumma fluius, ab aquilone mare rugianorum, cum interiacentibus nominatis prouinciis Zemzizi, lizzizi, Nielietizi, Defferi, linagga, Morizi, Dolenz, Plote, Mirerezs, Grofwin, wanzlo, wostroze. Decernimus itaque et imperiali nostra auctoritate sancimus, ut nullus archiepiscoporum seu episcoporum intra prescriptos terminos aliquod ius sibi usurpare presumat, sed omnia episcopo havelbergensi episcopali iure subiaceant, tam in decimis dandis quam in aliis, que ad christianam legem spectare uidentur. Quicunque uero contra hanc Imperialis sanctionis paginam temerario ausu agere presumpserit, centum libras puri auri persoluat, dimidium camere nostre ac dimidium prefate ecclesie episcopo. Et ut hec omnia rata permaneant, hanc cartam regali aurea bulla insigniri fecimus. Hujus renouacionis testes sunt wichmannus Magdeburgensis, Philippus Colonienfis, Conradus Salzburgenfis archiepiscopi, Anno Mindenfis, hermannus Monasterienfis, Arnoldus Osnabruggenfis, Sifridus Brandeburgenfis, Mar-

tinus Misnensis Episcopi alique principes quam plures. Signum domini Frederici Romanorum, Imperatoris Inuictissimi.

Ego Gotfridus Imperialis aule Cancellarius uice Christiani moguntini archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognoui.

Data in curia sollempni Magdeburg celebrata, anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXXIX. Indictione XII., Regnante domino Frederico Romanorum Imperatore Gloriosissimo anno regni ejus XX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. Imperii uero XX<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. III. cal. Julii feliciter amen.

Nach dem Havelberger Copialbuche fol. 4 — 5.

**VIII.** Pabst Clemens III. beauftragt den Bischof von Havelberg nebst zweien Präbsten, für die Aufrechterhaltung der päpstlichen Decretalien wegen der Prediger-Mönche Sorge zu tragen, im Jahre 1189.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Venerabili fratri. . . \*) Episcopo havelbergenfi et dilectis filiis Preposito Guströwienfis Caminenfis diocesis ac Decano halberstadenfis ecclesiarum Salutem et apostolicam benedictionem. Frequentes hactenus ymo innummose quodammodo de diuersis mundi partibus venerabilium fratrum nostrorum Episcoporum aliorumque superiorum prelatorum, necnon dilectorum filiorum Rectorum, Curatorum et parochialium sacerdotum querele contra dilectos filios predicatorum et Minorum ordinum fratres sedis apostolice iamdudum excitarunt nostrumque clamoris insinuationibus excitare et fatigare non cessant auditum, quod iidem fratres decretalem dudum editam a felicis recordationis Bonifacio papa VIII. predecessore nostro, que incipit: super Cathedram ac deinde per pie memorie Clementem papam V. predecessorem nostrum in viennensi Concilio innouatam tamen obseruare non curant, sed ipsam transgredi non uerentur in eiusdem sedis contemptum, animarum suarum periculum et eorundem conquerentium et Ecclesiarum parochialium preiudicium et grauamen. Intelleximus quoque quod plerumque prefatis dictorum predicatorum et minorum necnon heremitarum sancti Augustini et Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum heremitarum personis idem predecessor Bonifacius decretalem predictam, in qua tantum de ipsis Predicatorum et Minorum cauetur ordinibus, per omnia uoluit postmodum integraliter et inconcuffe seruari, quamque subsequenter felicis recordationis Johannes papa XXII. predecessor noster ad dictorum Carmelitarum fratrum ordinem antedictum quoad omnia in ea contenta extendit, a predictis Episcopis, Prelatis, Rectoribus, Curatis et sacerdotibus contra tenorem decretalis pregrauas injurie atque molestie in diuersis partibus inferuntur. Nuper etiam pro parte dilectorum filiorum Rectorum parochialium ecclesiarum Ciuitatis et diocesis halberstadenfis nobis extitit intimatum, quod predicti eorundem predicatorum, minorum, heremitarum et Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiusdem multa eidem Rectoribus ac eorum singulis grauamina et injurias inferunt et iacturas. Quia igitur parum esset iura condere, nisi qui eadem tueatur existat, Nos dicti Johannis predecessoris, qui decretalem predictam de fratrum suorum consilio uoluit et mandauit integraliter obseruari, uestigiis inherentes, Discretioni nestre per apostolica scripta mandamus, quatinus uos uel duo aut vnus uestrum per uos uel alium

\*) Der Name fehlt in dem Mundo der päpstlichen Bulle.

feu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis, Conseruatores seu Iudices tam eisdem Rectoribus Ciuitatis et dioecesis predictarum et eorum cuilibet aduersus fratres predictos, quam e conuerso eisdem fratribus aduersus Rectores prefatos et singulos eorumdem efficacis defensionis presidio assistentes ac facientes decretalem predictam quoad omnia ejus Capitula firmiter obseruari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem Rectoribus uel alicui seu aliquibus eorumdem, nec etiam per dictos Rectores seu aliquem uel aliquos ipsorum eisdem fratribus grauamina aut injurias irrogari, facturi ipsis hincinde de quibuscunque injuriis, molestationibus, grauaminibus et dampnis illatis hactenus et etiam in posterum inferendis eisdem contra tenorem decretalis eiusdem, in illis uidelicet, que iudicalem requirunt indaginem, summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis uero prout qualitas ipsorum exegerit iusticie complementum, molestatores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles quancumque et quotienscumque expedierit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita competendo —. —. —. Datum Auinion VIII. Id, Januarii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Nach dem im Archive des St. Nicolai Stiftes zu Stendal befindlichen Original.

**IX. Bischof Hubert von Havelberg consecrirt die Kapelle zu Stockhausen Namens des Erzbischofes von Mainz mit Genehmigung des Abtes von Reinhausen, im Jahre 1191.**

In nomine summe et indiuidue trinitatis. Ego Hubertus Dei gratia Havelbergensis Episcopus omnibus in Christo fidelibus. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod nos vice et auctoritate domini Maguntini Archiepiscopi functi, Ludolfi cuiusdam militis in Stockhusen suorumque consanguineorum petitione, capellam inibi ab eisdem dimidio manso dotatam, et aream et cimiterium Reynhufense, Abbate cum suis fratribus et Parochiano annuente, deoque favente, consecrauimus, eo uidelicet pacto, ut Reynhufensi ecclesie, utpote matri filia, semper obediens, nec baptismum nec sepulturam extra iam dictam matrem frequentans festis legitimis iuxta ritum pristinum ad gremium ipsius concurrat iurique suo hactenus habito satisfaciat. Cuius facti tenorem banno b. Petri suorumque successorum et nostro firmauimus et sigilli nostri impressione roborauimus, quatenus in perpetuum dispereat, quisquis huic facto obviare presumat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XCI<sup>o</sup>. Indictione IX. Huius rei testes sunt Bodo in Gese, Conradus in Reinoldeshusen et frater eius Ghisilbertus, Henricus et Bertoldus frater eius in Gese, Ludolfus et Rudolfus in Stockhusen, huius executionis auctores, Ordemarus in Sne.

Nach einem im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel befindlichen Manuscripte Koberue's, die Familie von Stockhausen betreffend.

**X. Pabst Innocenz III. beauftragt den Bischof von Havelberg und die Präbste in Havelberg und Jericho, dem Domstifte zu Stendal den friedlichen Besitz der von demselben, besonders durch die beiden Brüder des Markgrafen Albrecht erworbenen Güter zu sichern, im Jahre 1201.**

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Venerabili fratri Episcopo et dilectis filiis preposito havelbergensi et preposito de Jericho, havelbergensis dyoecesis, salutem et apostolicam

benedictionem. Ex parte dilecti filii nobilis niri Marchionis in Brandeburch nostris est auri-  
bus intimatum, quod duo fratres ejus, fundatores Ecclesie in Stendal, quasdam possessiones et alia  
bona eidem ecclesie contulerunt, ejusdem Marchionis accedente Consensu, vnde a nobis humiliter po-  
stulabatur, ut bona illa et alia, que ipsa tenet ecclesia, dignaremur eidem ecclesie confirmare. Quocirca  
discretionis uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predicta bona, que a fratribus ejusdem Mar-  
chionis ipsi ecclesie sunt concessa, et alia, que possidere dinoscitur, ab ipsa ecclesia faciatis pacifice pos-  
sideri, eos, qui se temere duxerint opponendos, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita com-  
pescentes. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu ea, frater episcopo, cum eorum  
altero nichilominus exequaris. Datum Rome apud sanctum petrum, III. Id. Aprilis, pontificatus nostri  
Anno Nono.

Nach dem im Archive des St. Nicolai Stiftes befindlichen Original.

**XI.** Die Bischöfe Siegfried von Hildesheim, Conrad von Minden und Wilhelm von Havelberg  
bewilligen die Theilnahme ihrer Diöcesen an dem für den Tag der Ankunft der Reliquien und  
zur Einweihung des Halberstädter Domes gewährten Ablass, im Jahre 1220.

Venerabili domino et fratri in christo dilecto F. halberstadtensi episcopo ac reuerendis  
dominis M. preposito A. decano totique eiusdem ecclesie maiori capitulo S. dei gratia hildensem-  
fis, C. Mindensis et W. havelbergensis episcopi deuotas orationes in christo cum fraterne dile-  
ctionis affectu. Recognoscimus et presenti pagina protestamur, de nostra fore licentia speciali, ut qui-  
cumque penitentes vel alii deuoti In die aduentus reliquiarum et dedicationis ecclesie uestre, cui nos  
interfuimus, de nostris dioecesibus ad ipsam ecclesiam uestram cum deuotione confugerint, aput eam ean-  
dem gratiam, eandem Indulgentiam, quam uestris penitentibus et subditis decreueritis faciendam, ab ec-  
clesie uestre antistite libere consequantur. Vt hec uobis firma sint et uenientibus profutura, hanc pagi-  
nam, sigillorum nostrorum impressione signatam, ecclesie uestre in testimonium sufficiens erogamus, In  
hiis et in omnibus, quibus possumus, nos et ecclesiam uestram semper honorare uolentes.

Nach dem Original des K. Provinzialarchivs zu Magdeburg. Unter den drei an dieser Urkunde  
hängenden Stegeln ist auch das des Havelberger Bischofs noch wohl erhalten und sind von der  
Umschrift die Worte: Wilhelmus dei gratia noch lesbar.

**XII.** Die Bischöfe zu Würzburg, Straßburg, Eichstädt, Worms, Speier, Paderborn, Verden,  
Havelberg und Ratzeburg ertheilen zur Herstellung des Domes zu Halberstadt einen Ablass,  
im Jahre 1239.

— Herbipolensis, argentinensis, Eistatensis, warmaciensis, Spirensis, Paderbur-  
nensis, verdenfis, havelbergensis, Raceburgensis Episcopi vniuersis in christo fidelibus, litte-  
ras has uisuris, Salutem in domino Ihesu christo. Scriptum est, quod opera caritatis indulgentiam affe-  
rant peccatorum et pendeant illa in cordis contritione sincera in operis confessione uera et in operis  
satisfactione pro uiribus consumanda. Et ideo si quis christi fidelium, ad hec caritatis opera liberaliter in-

uitatus, reparationi ecclesie halberstadtensis manum porrexerit adiutricem, de bonis a deo sibi collatis pijs elemofinas erogando, si corde contritus fuerit et confessus ore, nos de omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia ei misericorditer relaxamus. Datum Maguntie III. Non. Julii anno gratie MCCXXX. nono.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

### XIII. Privilegium des Bischofs Heinrich I. von Havelberg für die Stadt Wittstock, vom Jahre 1248.

Henricus Dei gratia Havelbergenfis Ecclesie Episcopus omnibus hanc paginam uifuris in perpetuum. Temporales actus absorbere solet plerumque humani generis dolus vel odium, nisi firmo uallentur testimonio vel adminiculo literarum. Cum igitur omni sollicitudine ac prudentia commisse nobis Ecclesie debeamus utilitatibus et commodis merito providere et ejusdem incrementis animo pervigili actuque solerti intendere, quatenus crescat in mundanis, et Spiritualibus dilatetur uirtutibus, omnium Christi fidelium scire uolumus dilectionem, quia ciuibus in Wittstock oppido eis deposcentibus ac crebris nos rogatibus sollicitantibus, sed et de speciali consilio uasallorum nostre Ecclesie, donauimus uti eo jure Civili in Wittstock, quo utuntur incole Stendalenses, His tamen exceptis, scilicet quod tota hereditaria possessio simul et ea pars, quam uocant Heerwede et Rade, defuncto marito uel uxore per medium dividatur, et una medietas cedat uiro superstiti, alia uero medietas inter heredes, filios uel filias, disponatur. Si quidem plures sint filii uel filiae coheredes, et uno mortuo uel pluribus, portio mortuorum inter uiuos equaliter dividatur. Si forte filii omnes uel filie moriantur, solo patre uel sola matre superstiti: illa medietas, que attingebat heredes, scindatur per medium et una pars cedat illis, qui proximi sunt linea consanguinitatis, altera autem pars ad radicem, uidelicet patrem uel matrem, reuertatur. Item Si moriatur uir uxore uiva, uel e conuerso decedat uxor uiuo marito, tota substantia haereditaria in partes geminas partiatur et una pars cedat uiuo, reliqua uero medietas ad illos deueniat, qui uiciniores fuerunt consanguinitate. Item nimirum si sine heredibus ambo forsitan moriantur, tota possessio dividatur per medium inter eos, qui utrique parti proximi sunt linea consanguinitatis. Caeterum admittimus ut uadiacio ciuium in Wittstock sint quatuor solidi, uadiacio autem hospitem ibidem sub poena sit octo solidorum. Preterea sententias ignoratas et dubias querent Stendal, si uelint, uel ubi illi de Stendal querere conseruerunt. Uolumus etiam, ut si consules oppidi in correctione iuris, que ad eos pertinet, causa odii, gratie uel timoris, negligentes fuerint, per nos uel per nostrum advocatum secundum iusticiam terminetur. Insuper tertiam partem questus, qui uocatur innunge, que jure principali ad nos pertinebat, libere laxauimus, ita tamen, ut de hac portione et alijs oppidi proventibus honestati et utilitati oppidi amplius intendatur. Cetera omnia donauimus eis iuxta consuetudinem iuris Civilis Stendalensium incolarum. Ne possint hec in posterum aliquorum attemptationibus uiolari, sed ut firma maneant et inconcussa, presentis scripti munimine et Sigilli nostri robore confirmamus, adhibitis testibus uiris idoneis, quorum hec sunt nomina subarata: Wipertus Prepositus in Havelberge, Henricus plebanus in Velowe, Johannes miles de Plawe, Eghardus miles de Byfenflage, Tydericus miles de Brunneswich, Yo Prefectus in Lepin, Hartwicus Advocatus, Henricus de Boch, Ludolphus de Slowen, Henricus de Magdeburg, Petrus de molendino et alii quam plures. Datum Wittstock Anno gratie

M. CC. XLVIII. per manum Olrici notarii nostri, Pontificatus nostri Anno quarto, ydus Septembris.

Nach Stein's Abschrift des Originals. Abgedruckt in Ludewig Reliqu. Ms. VIII, 270, in Küster's Opuscul. Collectione und in Beckmann's Beschreibung der Churm. V, II, VIII, Sp. 271, am letztern Orte mit dem Datum quarto ydus Septembris. Alle nach Stein's Abschrift hier mitgetheilten Urkunden sind von Originalien genommen, welche Stein im Wittstocker Rath'sarchive vorfand, die aber späterhin verbrannt sind. Die Abschriften finden sich in der Rath'sregistratur in dem sogenannten Havelbergense chronicon mspt. (A. 732).

**XIV.** Bischof Heinrich I. verkauft dem Kloster Dargun die Zehntenhebung aus mehreren von Nicolaus Herrn von Werle dem Kloster vereigneten Dörfern, im Jahre 1256.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Henricus Dei gratia Havelbergenfis ecclesie Episcopus omnibus in perpetuum. Equitati et rationi conuenire uidetur, si ea, que iuste gerimus, perpetua stabilitate firmemus. Cum itaque experimento frequenti instruamur, quantum status presentis fecali sit incertus et hic manens ciuitas non sit nobis, consideremus nichilominus nobis esse summopere necessarium et salubre, ut nobis eternum et felicem statum per hec transitoria comparemus: Inde est, quod nosse volumus tam posteros, quam presentes, nos de quinque villis, videlicet de Werderhere, de Arnoldesdhorp, de Grancin, de Techentin et de Blankenvort, quas nobilis vir dominus Nicolaus de Werle monasterio de Dargun, Cisterciensis ordinis, Caminenfis dyocesis, in honore sancte Dei genitricis et virginis Marie fundato, cum omni iure liberaliter contulit, decimam ex eisdem villis prouenientem, que ad nostram spectabat iurisdictionem, ad subsidium fratrum in prefato monasterio deuote famulantium; ut per ipsorum, que Domino nocte dieque in orationibus, ieiuniis, vigiliis et aliis diuinis obsequiis offerunt suffragia, eterna gaudia feliciter assequamur, de communi consensu nostri capituli, prout ipsius probat appensio sigilli, cum omni iure nostro, sicut antea possederant a domino Zuerinenfi, libere in donum perpetuum contulisse. Sane si fratres dicti monasterii de Dargun possessionem predictarum villarum vendendo siue commutando a se dimiserint, ita videlicet ut eandem aliquis possideat usufructuario quoad uiuit, ipsam cum decima tenebit a fratribus memoratis. Si vero ita penitus eam a se duxerint alienandam, ut ad ipsos sepedicta possessio de cetero redire non possit, quicumque eam possederit, ipsius decimam a nobis in feodo recipiet et tenebit. Acta sunt hec anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>. Testes sunt: dominus Wicbertus prepositus de Havelberge, magister Ecbertus, dominus Conradus de Brode, magister Johannes de Repin, dominus Stephanus prepositus de Robele, dominus Hampe miles de Wistohc, dominus Henricus Dargaz, dominus Otto Bersere, dominus Jeroslaus, dominus Vnslauus, milites de Robele, et alii multi. Ut autem hec nostra donatio in perpetuum maneat inconuulsa, presentem paginam cum testium subarratione conscribi fecimus et nostri ac capituli sigillorum testimonio communiri. Datum in Havelberge pridie idus Octob., pontificatus nostri anno XII<sup>o</sup>.

Nach dem Original des Geh. Kab. Archives. Vgl. Jahrbücher des Mecklenb. Vereines II, 281.

**XV.** Markgraf Otto verzeiguet dem Bisthum Havelberg das Dorf Doberkow und zwölf Hufen Landes bei Schönhausen und Bischofsdorf und erhält dagegen die Zehnthebung im Lande Prizwalk zu Lehn, im Jahre 1267.

In nomine domini amen. Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, vniuersis tam presentis temporis quam futuri, ad quos literè presentes pervenerint, salutem et omne bonorum omnium incrementum. Que geruntur in tempore, ne recedant tempori, literarum solent testimoniis perhennari. Recognoscimus igitur, et presentibus publice protestamur, quod nos de uoluntate et consensu nostrorum filiorum venerabilij Domino heinrico havelbergenfi episcopo et omnibus suis successoribus, villam dobrekouwe cum mansis XXV<sup>a</sup>, nec non mansos duodecim in nemore, uillis eiusdem domini episcopi Schönhusen et Biffhofestorp contiguo, cum pleno iure, advocacia et omni utilitate, que in ipsa villa et mansis nunc est, aut in posterum nominari poterit, aut haberi, damus et tradimus proprietatis tytulo in perpetuum liberos possidendos, ita uidelicet, ut nos una cum omnibus heredibus nostris veris, a nobis directa linea descendantibus, decimam in toto territorio Prezwalk, excepta III. parte decime, pertinentis ad sacerdotum prebendam, prout hactenus receperunt, quantum ad nostrum pertinet dominium, possimus deinceps salubrius habere et convenientius possidere. Si autem nobis aut nostris haeredibus nulli veri haeredes successerint, memorata decima in predicto territorio ad eiusdem ecclesie episcopum, quicumque pro tempore fuerit, devolvetur, proviso quod feodariis sua feoda conferantur. Ceterum idem dominus episcopus et omnes sui successores recipient de quolibet manso territorij nostri Prezwalk denarios III<sup>or</sup>. monete Brandenburgensis, de bonis tam infeodatis, quam non infeodatis, Theutonicalibus et Slaicalibus in crastino S. Michaelis annis singulis persolvendos. Quos siquidem denarios dictus episcopus infeodare aut alienare non poterit quoquo (modo), verum ipsos in memoriam recompensationis sepe dicte decime suo usui retinebit, adiecto, quod si aliqui in predictorum denariorum solutione forsitan maluoli fuerint et rebelles, posito eciam, quod dominus uille existat, hos episcopus existens pro tempore ad solutionem huiusmodi per censuram ecclesiasticam, sine nostra indignatione, immo potius uoluntate compellat. Huius rei testes sunt Illustris princeps dominus Barnem dux Slauorum, et albertus Prepositus de Stendal, Johannes de Nemick, Heinrichus de Wudenswege, Hartmannus Advocatus in Stargarde, Heinrichus Dorgaz, Rudolphus munt, Guntherus de Reberg, Bruningus et Albertus de Redingeldorp, Engelke de Dewicz, Johannes de Dewicz, et alii quam plures. In premissorum vero omnium perpetuam firmitatem, damus presens instrumentum, nostro et filiorum nostrorum sigillis proinde communitum. Datum Stargarde anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVII<sup>o</sup>. XVII. kal. Junii.

Nach dem Havelberger Copialbuche fol. 11. Fehlerhaft abgedruckt bei Buchholz a. a. D. S. 95, 96.

**XVI.** Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad vergleichen den Bischof Heinrich von Havelberg mit dem Ritter Heinrich von Wildenhagen und mit denen von Königsberg wegen streitiger Grenzen an der Kathane und verkaufen dem Bischofe 15 Hufen Landes im Rodahn bei Studeniz und alle Ländereien jenseits der Grabeniz, im Jahre 1274.

Johannes Otto et Conradus dei gracia brandenburgenses Marchiones omnibus in perpetuum uolumus esse notum, quod cum venerabili patre domino Hinrico havelb. eocl. episcopo

super impeticionibus hinrici militis de wildenhagen puerorum de koningesberge ac super limitibus agrorum apud karthanam concordauimus in hunc modum: Vendidimus et liberaliter resignamus dicto Dno. hinrico episcopo quindecim mansos in silua dicta Rodana apud villam Studeniz pro quinquaginta marcis argenti Stendalensis pecunie numerate, ad ipsum suosque successores cum omni iure perpetuo pertinendos, ut cum ipsis dictum militem de wildenhagen deponat ab impeticione, quam habet contra ipsum et suam ecclesiam de quindecim mansis silve eiusdem. Item omnes agros, qui sunt ultra aquam, que grabenitz dicitur, que aqua fluit apud villam Grabow, secundum suum descensum, supra et infra, cum pratis et lignis et pascuis, eciam vendidimus et liberaliter resignamus ad ipsum suosque successores perpetuo pertinendos, Ita tamen, quod eadem aqua cum omnibus suis utilitatibus ad nos pertineat pleno iure, et eadem aqua inter dictum dominum episcopum et nos perpetuus limes maneat et existat. Amplius de limitibus apud karthanam supra memoratis sic ordinauimus, ut a ponte, qui hollenweghke brugge dicitur, qui pons est supra karthanam ad leuam, usque antiquos limites, qui inter uillam Rodene ab antiquo fuerunt, inter sepe dictum dominum episcopum et nos sit perpetuus limes noster. Pro qua limitatione ac uenditione agrorum ultra memoratam aquam Grabeniz sepe dictus dominus episcopus nobis dedit centum marcas brandenburgensis argenti pecunie numerate. Ut autem huiusmodi ordinacio per nos et nostros successores fixa et immobilis perhenniter observetur, presentem nostram paginam desuper conferibi fecimus, cum appensione sigillorum nostrorum in testimonium perpetuum et munimen. Testibus nihilominus qui presentibus aderant subnotatis, ut domino Hinrico de Bardeleue, domino Johanne de krochere, domino Johanne de potlest et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno domini millesimo CC°. LXX°. quarto, Septimo kal. Augusti.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Geh. Kab. Archives Bl. 15. Fehlerhafter Abdruck bei Buchholz a. a. D. S. 99.

**XVII. Des Bischofs Heinrich II. von Havelberg Privilegium für die Stadt Wittstock, vom Jahre 1275.**

Henricus Dei gratia Havelbergensis Episcopus omnibus prefens scriptum vituris vel audituris in perpetuum salutem in Domino Jesu Christo. Quoniam ea, que aguntur mortalium studiis, siveit obliuio, que prouenit ex successione temporum et morte decedentium, a notitia futurorum frequentius abolere, Ideo necessarium duximus ea, que per nos, nostri pontificatus tempore, ad commodum futurorum profutura disponuntur, scriptis et linguis testium perhennare. Cum igitur omni sollicitudine commisse nobis Ecclesie utilitatibus debeamus merito providere et ejusdem incremento solerter intendere, ut crescat in mundanis et virtutibus spiritualibus dilatetur, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod civitati nostre Wittstock vendidimus totum forum pro pecunia numerata, videlicet theatrum Crambode et quicquid in foro et circa forum edificatum est vel adhuc edificandum expedire videbitur civitati, ita quod nemo sine civitatis consensu aliquid juris in ipsorum proventibus aliquatenus sibi presumat aut valeat vendicare. Secundo, ipsis dedimus quandam libertatem, que vulgo dicitur Jninghe, ut exinde emendent civitatis munitiones et comparent, que videntur civitati ad commodum pervenire. Magistri quoque omnium officiorum Jninghe, vocabunt unum aut duos de Consulibus Civitatis, et eorum mediante consilio statuent, quicquid in eorum Inninghe fuerit statuendum; in

summa addentes, quod quicquid de omnibus supradictis Inninghe pro eorum introitu obtinendo, sive pro gratia, vel pro vadimonio delinquentium datum fuerit, Ipsi Inninghe medietatem ipsius ad usus suos reponant et reliquam medietatem tollant magistri officiorum et presentent ad usus civitatis consulibus civitatis. Tertio, eis depositibus et vassallis nostris persvadentibus, privilegia predecessorum nostrorum cum exceptionibus ibidem positis confirmamus, videlicet ut cives in Wittok utantur eo jure civili, quo utuntur incole Stendalenses, Et si sententiam a consulibus civitatis Stendal petere debeant, quam consules ejusdem civitatis vel Scabini non libenter sine nostre civitatis gravamine demonstrarent, illuc sententiam suam petant, ubi Stendalenses Scabini vel Consules suas sententias querere consueverunt. Postremo et ultimo, nostre Consules Civitatis judicabunt infra septa Civitatis ea, que judicant Consules Stendalenses, prout in privilegiis a predecessore nostro Domino Heinrico et a civitate Stendalensi supra traditis plenius continentur, Preter hanc donationem nostram, prius habito cujuslibet jure salvo. Acta sunt hec Anno Domini M. CC. LXXV. sexto kal. Martii, in die beati Mathie Apostoli. Testes vero sunt Heinricus de Gardelege, Canonicus Ecclesie Havelbergensis, Petrus de Plonitz Prepositus in Wittok, Hermannus de Kyritz, Clerici, Zabellus de Redichsdorp, Zabellus de Plawe, Yo advocatus in Wittok, Hermannus de Plawe, Fredericus de Grambow, milites, Wilhelmus de Warnekow, Johannes de Rorebeke, Johannes de Rolstaede, Henricus de Rogeitz, Gerardus de Palnitz, Henricus de Lindow, Everhardus de Brand, Henricus de Langevelde, Johannes Currifex, Ludolphus Lupus, Gerardus Duzke, Johannes Lupus, Dionisius et alii quam plures Clerici et Laici fide digni. Datum ut supra, Pontificatus nostri anno quinto. Et ne hanc venditionem, donationem sive gratiam ac privilegiorum confirmationem nostram postmodum quis valeat imutare, presentem paginam super his confectam sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Nach Stein's Abschrift des Originals. Abdrücke in Ludewig Reliqu. VIII, 274 und Beckmann's Beschr. d. Churm. V, II, VII, Sp. 273.

### XVIII. Bischof Heinrich II. von Havelberg übergiebt dem Domkapitel zu Havelberg die Pfarrkirche in Wittstock, im Jahre 1275.

In nomine Sacro Sancte et individue Trinitatis. Henricus Dei gratia Havelbergensis Episcopus omnibus in perpetuum salutem in eo, qui est salus omnium, Domino Jesu Christo. Quia de summi pastoris indulgentia spiritualis Pastoris nomine censetur, licet indigni, circa cunctam commissam nobis Christi gregem pastoralis sollicitudine tenemur, super devotos tamen sancte Religionis professores, fratres videlicet nostre matris Ecclesie Canonicos, pro speciali, qua nobis inherent, Caritate, quam nostris jugiter periculis communicant et laboribus, specialiter intendere dignum duximus et consonum. Inde est, quod de profectibus eorum tanquam de nostris gratulantes, et defectus eorundem supplere cupientes, Ecclesiam in Wittstock ad emendandum refectorium predictorum fratrum nostrorum obtulimus et offerimus, de Communi Voluntate nostri Capituli, perpetuo nostre Ecclesie et nostris fratribus antedictis. Et ne hanc nostram donationem aliquorum perversitas et versutia valeat in posterum imutare, presentem paginam super hec confectam Sigillorum videlicet nostri et ecclesie duximus roborandam. Testes autem hujus donationis sunt Conradus Prepositus Havelbergensis, Otto Prepositus Jerichouensis, Olicus prepositus (Brandenburgensis?), Henricus et Petrus, Capellani

nostri, Henricus Celerarius, Johannes custos totusque conventus ecclesie ejusdem. Actum anno Domini M. CC. LXXV°. Pontificatus nostri anno XII (V<sup>to</sup>?)<sup>\*)</sup>, quinto kal. Sept., in die beati Augustini.

Nach Stein's Abschrift des Originals. Vergl. Ludewig Reliqu. Mspt. VIII, 343 und Beckmann Beschreibung der Churmark Brandenburg Thl. V, Bd. II, Kap. VII, Sp. 262, wo diese Urkunde mit vielen Fehlern abgedruckt ist.

**XIX.** Die Markgrafen Otto und Albrecht vereignen dem Bischöfe von Havelberg Ländereien bei Babitz für die Stadt Wittstock, im Jahre 1277.

In nomine Domini Amen. Nos Otto et Albertus Dei gratia Marchiones Brandenburgenses Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod quicquid est inter (villam) Babyz per metas nunc signatas usque in paludem, que vocatur Babyz, sive ligna, sive agri, sive pascua sint, sive prata, versus civitatem Wittstock, ejus proprietatem damus Domino Henrico Havelbergensis Ecclesie Episcopo, amico nostro dilecto, et ejus Ecclesie, ita tamen, quod eadem proprietas, id est ligna predicta, pascua atque prata vel agri, ad eandem civitatem Wittstock debeant perpetuo pertinere. Ut autem hec nostra donatio in perpetuum rata et immobilis perseveret, presens scriptum de certa nostra conscientia Sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Testes autem, qui presentes fuerunt, sunt: Zabellus de Redicstorp, Zabellus de Plawe, yo de Königsmarck et Hermannus de Plawe milites, Dominus Petrus Prepositus in Wittstock, Dominus Bruningus Plebanus in Wuzterhufen et Canonicus Ecclesie Lubucensis et noster Notarius et Bartholdus noster Notarius, Canonicus ecclesie Lubucensis. Datum Wuzterhufen Anno Domini M. CC. LXXVII. VIII kal. Junii.

Nach Stein's Abschrift des Originals. In Ludewig Reliqu. VIII, 272 mit der Jahreszahl 1276. Abweichend aus der Süßmilch'schen Sammlung bei Buchholz a. D. Th. IV, Urk. Anh. C. 105, sowie auch bei Beckmann, a. a. D. Sp. 274.

**XX.** Bischof Johann von Havelberg weiht mit Genehmigung des Bischofs von Halberstadt die Kapelle des h. Kreuzes in Helmstädt ein, im Jahre 1291.

Vniuersis cristi fidelibus presens scriptum uisuris Johannes dei gratia Havelbergensis episcopus salutem In domino. Ne que geruntur in tempore, simul cum transitu temporis euaneant, poni

<sup>\*)</sup> Diese Zahl ist undeutlich geschrieben und offenbar auch unrichtig. Es muß Pontificatus anno VI<sup>o</sup>, oder VII<sup>o</sup>, heißen. In S. P. v. Ludwig's und in Beckmann's Abdrucke ist die Zahl ganz ausgelassen und das Komma hinter quinto gesetzt; auch ist bei Ludwig der Tag als der des beati Augusti, bei Beckmann als dies XIII Augusti angegeben. Aber es gab keinen heiligen August, an dessen Tage die Urkunde ausgestellt seyn konnte. Wohl aber wurde der Tag Augustini episcopi et confessoris, nach dem Havelberger Calendarium, quinto kalend. Septembr. gefeiert. Das Wort quinto gehört also unzweifelhaft zu kal., aber es mußte vorher noch einmal sieben oder wenigstens doch das sechste Jahr des Episcopats Heinrich's II. seyn, worin diese Urkunde fällt, da die vorige, im Februar 1275 ausgestellte Urkunde sich in das 5te Jahr seiner Episcopatsregie rung stellt.

solent in ore testium vel scripture memoria perhennari. Hinc est, quod ad noticiam singulorum pervenire uolumus, quod discreti uiri consules ciuitatis Helmenstadenfis, capella sancti Spiritus ibidem in foro sita, adiectis omnibus libertatibus ad eosdem spectantibus, predilectis nobis in Cristo fratribus ordinis Heremitarum sancti Augustini collata liberaliter, donationem talem coram nobis facti sunt plenius requisiti. Insuper quidam ex ciuibus dicte ciuitatis uidelicet Bertholdus et Johannes dicti de berneberch iam dictis fratribus, nobis presentibus et audientibus, ius patronatus, quod ipsorum erat, porrigere rite et remoto omni obstaculo resignarunt. Preterea uniuersitatem uestram latere nolumus, quod amore dei de licentia venerabilis in Cristo fratris nostri Halberstadenfis episcopi, ad instantiam deuotorum uirorum fratrum simulque consulum sepius pretactorum, altare sancte crucis cum cimiterio eiusdem capelle dedicantes in festo sancti dyonisi, ipsum dedicationis festum in dominicam, qua cantatur misericordia domini, transposuimus celebrandum. De qua scilicet nostra dedicatione omnibus uere penitentibus, qui eidem ecclesie fratrum, que de propriis facultatibus emendari non potest, manum porrexerint adiutricem, duos annos et II. karrenas de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentibus perpetuo ualituris. Datum anno Incarnationis domine M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. IXC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. Idus octobr.

Nach dem im Stadtarchive zu Helmstädt befindlichen Original. Dies Original ist völlig unverdächtig und mit dem wohl erhaltenen Siegel des Bischofs Johann, worauf derselbe mit Stab und Mütze dargestellt ist, besiegelt. Von der Umschrift sind die Zeilen . . . HANES DEJ . R . . . . . GENESIS ECCL . . JE EPJSCO . . . noch deutlich lesbar.

**XXI.** Bischof Johann von Havelberg weicht die Marien-Kirche in Neu-Brandenburg, im Jahre 1298.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVIII<sup>o</sup>. pridie kalendas Septembris, pontificatus uero nostri anno octavo, Nos Johannes, dei gracia Havelbergenfis ecclesie episcopus, consecrauimus ecclesiam cum altari in Nova Brandenbörch, que est dotata cum octo mansis, in honorem S. Marie uirginis, et de quolibet manso tocius campi ciuitatis modium cum Denario, cum reliquis Sancti Bernardi abbatis sanctarum undecim mille uirginum et aliorum sanctorum interclusis.

Nach einer vom Herrn Prediger Spohnholz zu Rükow mitgetheilten Abschrift aus dem Groß-Mecklenb. Strelitzschen Geh. Archive.

**XXII.** Die Markgrafen Otto und Hermann ertheilen dem Bischofe und der Kirche zu Havelberg wegen der Beeinträchtigungen, welche diese von ihnen und ihren Vorfahren erlitten, die Anwartschaft auf Schloß, Stadt und Land Lenzen, und recognosciren gleichzeitig, die Zehnthebung in der Prignitz nur auf Lebenszeit zu besitzen, im Jahre 1298.

In nomine domini amen. Uniuersis presentes litteras inspecturis, Otto et Hermannus, eiusdem Ottonis filius, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, Salutem et noticiam subscriptorum. Cum mater erroris obliuio in rebus gestis confusionem pariat et inducat, expedit acta hominum sigillatis apicibus eternari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod nos Otto et hermannus Mar-

chiones predicti, in bona valetudine constituti, deum pre oculis habentes, cogitantes iugiter de supremis, in remedium animarum nostrarum et nostrorum parentum, ob reverentiam dei et gloriose uirginis matris eius marie, pro omni dampno et injuriis, illatis havelbergenfi ecclesie per nos nostrosque progenitores predictos, eidem Havelbergenfi ecclesie contulimus, donauimus, et donamus, titulo gratuito, castrum et opidum Lenczin, cum territorio adiacente et pertinenciis suis, transferentes ex nunc omne ius proprietatis et dominium dicti castri, opidi et terminorum adiacencium pure et liberaliter in ecclesiam ante dictam; Hoc adiecto tenore, quod nos Otto et Hermannus Marchiones predicti, et nostri heredes veri et legitimi per lineam masculinam descendentes, dictum castrum, opidum et terminos adiacentes possidebimus, quamdiu vixerimus nos aut aliquis ex heredibus antedictis. Si autem nos Ottonem et Hermannum prefatos absque heredibus masculis veris et legitimis, quod absit, ab hac luce migrare contingeret, tunc filie nostri Ottonis, Conegundis et Jutta, siue nupserint siue non, siue etiam defunctis maritis vidue fuerint derelictae, et filie nostri Hermanni procreate seu etiam procreande, tummodo (sic) ante nuptum in nostra remanentes patria potestate, que tunc superuixerint, una uel plures, sepe dictum castrum opidum, et terminos adiacentes possidebunt pacifice et quiete temporibus vite sue, nec ad filiarum predictarum liberos ulterius extendatur. Deficientibus autem omnibus supradictis, tunc primo nominatum castrum, opidum et termini adjacentes, ut premititur, ad havelbergenfem ecclesiam devolventur. Volumus igitur et mandamus, quod omnes Castellani et uasalli dicti castri, opidi et terminorum adiacencium in eventum condicionis apposite homagium faciant dicte ecclesie et episcopo, qui pro tempore fuerit, exhibeant consueta seruicia, que nobis facere consueverunt. Recognoscimus etiam, quod nos Otto et hermannus predicti decimas in territoriis Jericho, Kiricz, Lenczin, Perlebergh, Grabow, Prifzwalk tenebimus et possidebimus titulo gratuito seu donacionis, quamdiu alter nostrum uixerit, sine impetitione aliqua uel offensa. Nobis autem sublatis de medio, nostri heredes, qui tunc pro tempore fuerint, dictas decimas, in quibus recompensacio non existit, a predicta havelbergenfi ecclesia, uel ab altari ibidem recipere tenebuntur. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XC. octauo, feria tertia post ramos palmarum, presentibus testibus infra scriptis, dominis Bernhardo preposito, Borchardo de Brothufen, Canonico ecclesie Magdeburgensis, Johanne preposito Ruppinenfi, Magistro Conrado Notario Marchionis Ottonis predicti, Canonico ecclesie Stendaliensis, Nobili viro Borchardo de Barbey, Baldewino stormero pincerna et aliis quam plurimis fide dignis. Datum Spandouwe anno et die predictis. In cuius rei testimonium nos Otto et Hermannus Marchiones predicti sigilla nostra appendi fecimus ad presentes.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Geh. Rab. Archives Bl. 14. Fehlerhafter Abdruck bei Buchholz a. a. D. S. 137 — 139.

**XXIII.** Vergleich der Markgrafen Otto, Heinrich, Johann und Waldemar von Brandenburg mit der Kirche zu Havelberg wegen des Landes Bessin, des Rodahns, der Vogtei und Gerichte über die Stiftsgüter, des Landes Arnsberg, der halben Stadt Havelberg und dergleichen mehr, vom Jahre 1305.

In godes namen Amen. Van der bort godes dusent Jar drehundert Jar in deme vesten Jare an deme sonnendage bynnen den Twelften. Alle de Dinge de to Brandenburg In deme Achten dage der bord unfer frouwen sunte Marien begrepen worden, vmme de sone de twischen unfer heren

den bisschoppe unde von deme godeshufe van Havelberch aff eyne half vnde uns markgreuen Otten van Brandenborch aff ander half, de worden alle to lowenberghe vullenbracht, also hirna bescreven steit, darumme wy markgreven Otto, hinrick, Johann und Waldemar von brandenborch bekennen wilken an desen briven, dat wy deme Bisschoppe unde fyne godeshufe laten unde gelaten hebben dat lant to bellin mit aller gnaden unde mit alle deme rechte, also de bisscop unde syn godeshus bewifet hebben vnde mogen mit hantfestungen; mer umme dat hus to bellin, dat de bisschop unde dat godeshus spreken, dat id uppe des godeshufes eigene ligge, des hebbe wy darto gefand an beyden siden twene bedderve mann, mit den is dat irvunden, dat id uppe des godeshufes eygene ligge, darumme hebbe wy dat tobroken. Vmme dat holt in der Rodene, dat de bisschop unde syn godeshus ansprack, dat is mit unsen unde des godeshufes mannen untseiden, dat id fy des bisschoppes unde des godeshufes to havelberch van deme, dat des vogedes brugge het, eyn recht naa bet up den Borchwal, de uppe der kummernitz leget, als de alden maalbome wifen. Ok vmme de Jaget is id also untseiden mit den vorbenomden unsen vnde des godeshufes mannen, dat de bisschop unde syn godeshus der Jaget in der Rodene unde uppe der Heyde uppe des godeshufes eygen brucken scholen, also se dat bewifet hebben mit der keyfere hantuestunge. Vmme dat water lep z is id also vntscheyden, wente dat stat an beyden des godeshufes fy unde is, so schal de vischerye unde de nut des waters des godeshufes syn. De vogedie over der monneke gut van havelberge, de wy hebben, de se al man holden als unse olderen gehalten hebben unde willich is, und wat unsen vogeden unde unsen scrivern herrn Jane von deme tyeze unde eynen, de diderik voget hiet, hern hinrick von wusterhuzen deme perrere also swar broke geschut, dar wy de vogedie aver hebben, dar se al dat godeshus hebben twene pennynges unde wy den dridden, woraver wy in des godeshufes gude nene vogedie hebben, dar schal dat godeshus fynes richtes gewellich syn. Vorbat mer in des bisschoppes unde fynes godeshufes unde der monneke gude unde fyne underfeten, id syn leyen edder papen, denne scole wy edder unse vogede unde nyman van unser wegenne nene bede noch nene beschattinge dun noch nenerhande swernisse, sunder den geloveden unde wilkornen tynz, den wy an unsen hantvestungen hebben, den schole wy alleyne nemen. Vmme dat land to arnsberch, dat de bisschop unde dat godeshus ansprekt, dat de van lyndow unde ere veddern van fyne sichte hadden, dat wy nu hebben, Spreken de von Lyndow by eren eeden unde truwen, dat se dat van fyne sichte hadden, so scole wy dat deme sichte wedder laten edder mit anderme gude wedderstaden. Vmme de stad to havelberg dat de bisschop sprekt, dat se half syn fy unde fynes godeshufes, das sin wy untseiden, dat wy de helste der stat entfan scholen van deme altare to havelberge mit der borchwere unde mit den scheiden, als id de bisschop mit synen handfesten bewifet hevet. Deme sichte to havelberge hebbe wy de kerken to konow unde to kuritz in gunsten ewichliken gegeben; wy hebbe ok deme bisschoppe van brandenborch van des bisschoppes wegene unde des godeshufes van havelberge vorwiffet mit wiffen borgen, der namen stat in den breven, de wy deme bisschoppe van havelberge gegeben hebben under unsem unde unser vedderen Jugefegele, Seshundert mark stendales fulvers magdeborch gewichtes in der stad tu Magdeburg tu beredende half to deme negeften funte wolborche dage unde de ander helste to deme negeften funte michels dage, darna umme pacht unde umme tyns unde umme koye unde umme schap unde umme allerleye Ding, de den bisschop genomen syn van Conrades van heffen unde unsen vogeden, dat schal bet up uns markgraven woldemare stan, wo wy dat untseiden. De bisschoppes pennynges, de noch syn In unsem lande, hedden ich man de upgehort van unser wegenne, de schal man weddergeven. Synen mannen des bisschoppes se al man ere gud wedder laten, war en dat genomen is. Vmme der papen schade unde der man

des sichten tu havelberge scal it stan up unsen oem den bisschop van halverstat, wo he dat untfesidet nu vor unfer vrouwen dage wortmisse, also schole wy dat an beiden siden halden, dar hebben van unfer wegene vor gelovet ses riddere unfer man her Buffo witte van Irkesleve, her hanse van Dumesleve, her Hakenberch, her herman van hertbeke, her Tideke van gribene, her herdegen. Echt mer an deme gerichte des Bisschoppes unde synes godeshuses tu havelberg geistlich edder wertlich, en soolen wy noch nymand van unfer wegene nicht hinderen. Alle desse Ding de hir beschreven synt, de sint vulbracht des vridages in denen pinkest. Na godes bort dufent Jar dre hundert Jar In deme vesten Jare. Vnde dat desse zone ganctz unde stede blive van unfer wegene und van der, de dorch uns dun unde laten willen unde scholen, dat hebbe wy gelavet mit truwen Otto mit unsem veddern Johan unde waldemar Marggraven to brandenborch unde to landesberg unde markgreve hermanne unsen vedderen mit greven Albrechte van Anhalt, herrn Abbaken van barboy unde mit unsen mannen hern hinrick unde henning van Stegelitz mit Henninge vnde mit Anselme van blankenborch, Diderik van kerkow, Haffen unde wietegen van Wedele mit Nicolaus van buoc, Otten van holtscendorp, Johan van mentiz unde Deckeweden. Vppe dat dit ewich sy unde an eyner bekenntnisse der degedinge unde des gelovedes, des henge wy unse Ingesegele an dessen gegenwarden brieven mit unfer Witschap unde vryen willekore In der vorrebenen tyd.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Geh. Kab. Archives Bl. 19. Vgl. von Raumer Cod. contin. I, 5, wo dieselbe Urkunde nach einer etwas abweichenden Copie abgedruckt ist.

**XXIV.** Die Markgrafen Otto, Johann und Waldemar versprechen die aufgerichteten Verträge mit dem Bischofe von Havelberg über die von der Kirche zu Lehn zu nehmenden Besitzungen und über das Land Arnensberg binnen Jahresfrist in Ausführung zu bringen, im Jahre 1305.

Nos Otto Johannes et Woldemarus dei gratia Brandenburgenses et de Landesberch Marchiones attestacione presentium Recognoscimus publice protestantes, quod ea que continentur placitata in litteris, venerabili in cristo domino episcopo Havelbergenfi et sue ecclesie traditis, super suscepcione honorum nostrorum ab ecclesia Havelbergenfi suscipiendorum et discussione territorii Arnensberch cum primum ad partes redierimus, Immediate post infra unum mensem optenta sanitate terminare toto mentis conamine cupiemus. In cujus rei testimonium presentes litteras dedimus nostrorum sigillorum munimine roboratas, Actum et datum In antiqua Brandenburg Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinto XVI<sup>o</sup>. kl. Februarii.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Geh. Kab. Archives Bl. 65. Vgl. v. Raumer I, 27 wie oben.

**XXV.** Bischof Reyner von Havelberg vereint die Probstei in Wittstock mit dem Domkapitel in Havelberg, unterwirft die Wittstocker Tafelgüter dem Pfarrzehnten und übernimmt auf dieselben die Entrichtung einer der Probstei obliegenden Abgabe, im Jahre 1312.

In nomine Domini Amen. Nos Reynerus, Dei gratia Ecclesie Havelbergenfis Episcopus, presentibus recognoscimus publice protestantes, quod nos imitantes predecessorum nostrorum

vestigia, bona ad Capitulum nostre ecclesie spectantia intendimus quantumcunque de jure possumus augmentare. Considerantes itaque, quod prepositura in Wittstock nullis aut modicis sit dotata redditibus et ideo nequeat prepositus ibidem personaliter residere, cum non valeat sustentari secundum statum sui exigentiam ab eadem, Unde de prudentium consilio jus patronatus dicte prepositure ad Episcopum Havelbergensem, qui fuit pro tempore, hactenus pertinens, Capitulo dilecte nostre Ecclesie Havelbergensis contulimus ac donavimus perpetuis temporibus possidendum, ipsam quoque preposituram in Wittstock decernimus ecclesie ibidem loco et tempore congruis uniendam. Preterea cum Ecclesia Wittstock ad Capitulum supra dicte nostre ecclesie ex donatione felicitis memorie Domini Henrici XVII. Havelbergensis Episcopi dudum pertinuerit et adhuc pertineat, in remedium anime nostre ac predecessorum nostrorum ex omnibus agris ad nostrum allodium ibidem pertinentibus, tam in mansis quam extra mansos habitis, tricesimam censum et ordinavimus dicte ecclesie in posterum exsolvendam, cum turpis sit particularitas, que suo non congruit universo, et ab omnibus aliis agris prefata ecclesia tricesimam percipere consueverit ab antiquo. Ceterum etiam quum beate memorie Dominus Arnoldus, Predecessor noster, Dominum Ottonem Concanonicum nostre Ecclesie Havelbergensis, ob plures permotiones fratrum et amicorum suorum, nostre ecclesie impensis exigentibus quoque meritis predicti Domini Ottonis, quoad ipse Otto vixerit, a solutione novem marcarum argenti, quas petit Dominus Henricus Clutz annis singulis ecclesia ab eadem, reddidit absolutum, cum consilio et consensu Capituli, volens onus solutionis ipsarum novem marcarum bonis ad mensam Episcopalem spectantibus imminere, Ideo propter nihilominus nos, gerentes eundem Dominum Ottonem in Visceribus caritatis, gratiam sibi factam per supra dictum Dominum Arnoldum predecessorem nostrum ratificamus et in his scriptis liberaliter confirmamus, promittentes ipsum Ottonem a solutione predictarum novem marcarum nos velle reddere liberum et solutum. Actum et datum Havelberge, anno Domini M. CCCXII. in die beate virginis Barbare.

Nos vero Johannes Dei gratia prepositus, Henricus prior totumque capitulum Ecclesie Havelbergensis supradictis omnibus interfuimus et consensimus ac in signum ratificationis et consensu prefens scriptum sigillis prepositi et capituli fecimus communiri.

Nach Stein's Abschrift des Originals. Fehlerhafter Abdruck bei Beckmann a. a. D. Sp. 263, 264 und bei Ludewig Reliqu. Mspt. VIII, 344.

**XXVI.** Die Markgräfin Anna, sowie die Markgrafen Johann und Woldemar, bestätigen die Schenkung der Babißer Ländereien an die Stadt Wittstock vom Jahre 1277, im Jahre 1315.

Nos anna Dei gratia Ducissa Wratislaviensis recognoscimus tenore presentium publice profitentes, quod illustrium principum Dominorum Ottonis et Alberti Marchion. Brand. etc. felicitis memorie, Illustris Domini Johannis, nostri filii, avi et patruelis, literas sub veris eorum sigillis non abollitas non concellatas nec in aliqua sui parte viciatas in Tangermunde nobis exhibitas et ostensas vidimus in hec verba:

(cf. *verba donationis* p. 452.)

Tales igitur literas diligenter inspectas in Tangermunde sub nostro Sigillo mandavimus exemplari A. D. 1315. Sabbato post Dominicam oculi mei semper.

Nos Johannes Dei gratia Brand. et Lusatie Marchio Recognoscimus ac tenore pre-

fentium publice profitemur, nos vidisse et examinari fecisse dilectorum nostrorum avi et patruelis felices memorie Dominorum Ottonis et Alberti illustrium Principum Marchionum Brandenburg. literas sub veris eorum sigillis serico-appensis non cancellatas non abolitas nec in aliqua parte vitiatas in hec verba:

*(Eadem verba donationis).*

Ad rogatum quoque venerabilis in christo Patris, Domini Reineri Ecclesie Havelbergensis Episcopi literas hujuscemodi nostro sub sigillo mandavimus exemplari. Anno ab incarnatione Domini Millefimo CCCXV.

Nos Woldemarus Dei gratia Marchio Brand. et Lusatie recognoscimus presentibus publice profitentes, quod illustrium Principum Dominicorum Ottonis et Alberti patruelium nostrorum Marchionum Brand. felices memorie sub veris eorum sigillis non abolitas non cancellatas aut in aliqua sui parte vitiatas in Tangermunde nobis ostensas et exhibitas vidimus in hec verba:

*(Eadem verba donationis).*

Nach Stein's Abschrift der Originalien.

**XXVII.** Markgraf Woldemar verzeignet dem Bischofe von Havelberg das Dorf Horne, vermuthlich um's Jahr 1318.

Nos woldemarus dei gratia brandenburgensis et lusatie Marchio Notum facimus tenore presentium universis, Quot attendentes grata et fidelia servitia nobis per venerabilem in Christo patrem dominum Reinerum episcopum Havelbergensem, consiliarum nostrum sincere dilectum, multipliciter exhibita et in futurum peramplius exhibenda, sibi ac singulis successoribus suis Episcopis Havelbergensibus appropriavimus et donavimus, Appropriamus presentibus et donamus solemniter villam Horne cum omnibus iuribus, proprietatibus ad eandem pertinentibus, lignis, pratis, pascuis, aquis, Molendino et cum omnibus fructibus ad predictam villam de iure vel consuetudine spectantibus, in antea a nobis ad usum predictorum domini episcopi Havelbergensis et successorum suorum iusto proprietatis titulo ad habendum, tenendum, utifruendum quiete pacifice et sine quorumlibet impedimento perpetuo possidendum. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, accioni, impetitioni, quod vel que nobis in predicta villa et ejus pertinentiis hactenus competebat, competit vel competere poterit quolibet in futurum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes quoque fuerunt reverendus in Christo pater dominus Johannes ecclesie brandenburgensis episcopus, honorabiles Hinricus decanus in Stendal, Everhardus Stolpenfis prepositus, Conradus de Redere, Gerhardus de Kerkowe, Henningus de Blankenborch, Mathias de Bredowe milites et Hermannus de Luchowe cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum in Castro Frifaak. Anno domini Millefimo trecentesimo vigesimo primo, ipsa die que fuit vigilia Assumptionis Marie virginis gloriose.

Nach zwei Copialbüchern des 15. Jahrhunderts, dem Cop. Havelb. des Geh. Staats-Archives und dem Copiaro Havelb. der von der Hagenschen Bibliothek zu Hohennauen. Nach beiden hat die Urkunde die Jahreszahl 1321, während Woldemar schon 1319 starb und es keinen Woldemar II. gab. (Vgl. Nöddenkel in L. v. Ledebur's Archive VI, 287). Vermuthlich ist die Urkunde vor dem Jahre 1319, in dessen Anbeginn Reiner starb (S. 408) und nach 1317,

in welchem der Bischof Johann zu Brandenburg erst seine Stelle erhielt, mithin im Jahre 1318 ausgestellt. Vgl. G. W. v. Raumer Cod. contin. I. 6. 7.

**XXVIII.** Markgraf Woldemar läßt der Kirche zu Havelberg Stadt, Schloß und Land-  
Lenzen auf, im Jahre 1319.

In nomine domini amen. Nos woldemarus dei gratia Brandenburgensis et Iusacie Marchio recognoscimus litteram per presentem, Quot rite ac bona deliberacione et consilio nostrorum fidelium infra scriptorum dereliquimus et presentibus derelinquimus Ecclesie havelbergensi castrum civitatemque Lentezen cum omnibus terris vassallis ac juribus nec non attinentiis omnibus ad dictam munitionem spectantibus. Renunciantes solempniter in hiis scriptis et expresse dicto castro, civitati, vassallis, bonis, juribus et attinentiis universis nec non toti dominio eorundem tam quoad possessionem tam quoad proprietatem, licet de ipsorum aliquo specialis mentio esset habenda, sub antiquis et debitis suis limitibus atque metis. Huius facti testes ad hoc specialiter sunt Nobilis uir Guntherus Comes de Keuernberg, Droyfeko dapifer noster, Redeko noster Marscalcus, Heinricus de krochere milites nostri, Gerhardus berlinensis et Wolterus Pofwalcensis prepositi ac hermannus de luchowe Capellani nostri cum aliis fide dignis. Actum et datum Berenwolde dominica ante hypolithi de nostra certa scientia. Anno domini millesimo CCC°. decimo nono.

Nach dem Havelberger Copialbuche des Geh. Kab. Archives Bl. 20. Vergl. von Raumer Cod. contin. I. 6, wo die Urkunde nach einer abweichenden Copie mitgetheilt ist.

**XXIX.** Bischof Heinrich schenkt dem Kloster Himmelpfort die Pfarrkirche zu Krumbek mit  
der Erlaubniß, dieselbe durch einen Mönch oder Miethling bestellen zu lassen und nach Auskauf  
des Dorfes mit der Klosterkirche zu vereinigen, im Jahre 1319.

In nomine domini Amen. Nos Henricus Dei gratia Havelbergensis Ecclesie Episcopus omnibus presentem litteram audituris seu inspecturis in domino salutem. Licet omnibus ex officij nostrj debito caritatis effectum et munus beneficentie, quantum praevalemus, impendere teneamur, maxime tamen uiris religiosjs, qui paupertatem uoluntariam elegerunt et diuinis obsequijs, quoad uixerint exequendis se denouerunt, caritatis officium libentius impendimus et liberalius exhibemus. Hinc est, quod nos unanimj consensu praepositj et nostrj Capitulj, tractatu super hoc habito diligentj, uiris religiosjs, quam plurimum nobis in Christo dilectis, monachis Coenobij Hemelpportae, Cystercienfis ordinis, nouellae plantationis, ut in bonis et personis ad ampliandum cultum diuinum in melius proficiant et uberius inualescant, Concedimus liberaliter et donauimus Ecclesiam parochialem in Crumbeke, in terra Stargardiae sitam, nostrae Dyocesis, cum mansis dotalibus et cum omnibus uniuersaliter ad eandem Ecclesiam pertinentibus, pleno iure, ita quod de dicta ecclesia et de mansis dotalibus et de omnibus ad eandem iure dotis pertinentibus, Dum tamen proprij sacerdotis, qui pro tempore praefuerit, consensus accesserit uel eandem per mortem seu resignationem uarare contigerit, per monachum seu conducticium ordinandj et disponendj uel officiantj secundum Deum et proprias conscientias, prout sibi et Christi fidelibus in eadem parrochia degentibus uiderint expedire, liberam habeant facultatem. Cou-

